

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gebri Arabis Chimia

Geber

Lugduni Batavorum, 1668

De consideratione perfectionis & eorum quae ad eam spectant. Cap. I

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95581)

GEBRIARABIS

DE

Alchemia Traditionis summæ
perfectionis :

LIBER II.

*De consideratione perfectionis &
corum quæ ad eam spectant.*

CAP. I.

Principiorum itaque hujus magisterii discussione tradita; restat, intentum hujus nostræ artis complere, sermone illi conveniente. Est autem perfectionis ipsius consideratio, consideratio perficientis medicinæ, ut scilicet discutiatur ex qua re melius vel propinquiùs eliciatur illa ad omnem imperfecti perfectionem. Et similiter consideratio artificiorum per quæ cognoscamus, an perfectio sit completa. His itaque traditis, & tota erit perfectionis tradita cognitio: secundum nostræ artis exigentiam.

De cognitione principiorum corporum.

CAP. II.

Cognoscere verò non est possibile hanc transmutationem corporum & ipsius argenti